

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo g
cum fonte primo

Peccata quamuis magna et horrenda
cum in consuetudine uenerint,
aut parua esse aut nulla esse creduntur,
usque adeo ut non solum non occultanda
uerum eciam predicanda diffamandaque uideantur.

Augustinus in encheridion capitulo LXXXII.

Huc accedit quod
peccata quamuis magna et horrenda,
cum in consuetudinem uerterint,
aut parua aut nulla esse creduntur,
usque adeo ut non solum non occultanda
uerum etiam praedicanda ac diffamanda uideantur,
quando, sicut scriptum est:
Laudatur peccator in desideriis animae suae,
et qui iniqua gerit bene dicitur.

Augustinus Hipponensis, *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate*, 21.80 (CCSL 46, M. Evans ed., pp.93-4, ll.60-65).